



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 2. Moroni Cardinalis colloquium cum Principum Oratoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

„ac perfectæ amicitiae vinculum de-  
„poscere videntur. „ Ad hæc respon-  
dit Comes, quod ferme eadem sibi in-  
iuncta forent, ac proin nil eorum præter-  
missurus esset, quibus piæ illorum vo-  
luntati satisfacere possit.

§. II.

*Moroni Cardinalis colloquium cum  
Principum Oratoribus.*

*Pallav c. II.*  
*n. 3. & 4.*  
*Visc. p. 211.*

Sub idem tempus Moronum Cardina-  
lem omnes Principum Oratores,  
cunctarumque Nationum Episcopi sa-  
lutatum venerant: inter eos autem Galli  
solidæ reformationis necessitatem eidem  
exponebant, eum rogantes, ut triginta  
quatuor illos articulos exponere vel-  
let. Ad primam petitionem, quæ  
Hispanis æque ac Gallis erat com-  
munis, reposuit Cardinalis, quod eo-  
rum desideria jam dudum prævenisset  
Pontifex, hujusque rei executionem  
ipsimet brevi conspecturi essent: ad  
alterum vero caput declarabat, quod,  
priusquam de hoc negotio ageretur,  
Cæsaris consilium esset expetendum,  
ut omnibus satisfaciendi ratio communi  
suffragio excogitari valeat: his adde-  
bat Cardinalis: „rupta omni mora ad  
„Imperatorem contendere jubeor, brevi  
„rediturus. „ Hoc responso Galli, cete-  
rique

rique sat contenti eundem ad accelerandum iter hortabantur, Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

§. III.

*Cardinalis Moronus in quadam Congregatione receptus.*

Feria tertia post Paschatis Dominicam die decima tertia Mensis Aprilis pro recipiendo Cardinale Morono generalis habebatur Congregatio, in qua recitato diplomate, vi cuius nominabatur Synodi Legatus, idem orationem habuit, pluribusque mala, quibus tot Christianorum Provinciæ agitantur, deplorabat, ad quorum levamen a summo Pontifice, cuius dignitatem plurimum extulit, præsentem Synodum fuisse convocatam assererat, & postea de semetipso loquens, Patribus una congregatis testatum reddere nitebatur, quod quamvis duobus illis Legatis nuper defunctis in tam arduo munere succedere non mereretur, eos tamen in sincera Synodi utilitatem promovendi voluntate æquare contenderet, postea rogabat Patres, ut sua solertia, pacis studio, ac Zelo non minus scientia illustrato, quam charitate accenso ipsum juvare vellent.

Hac oratione magnum sibi conciliabat honorem, simulque tam amplæ pollicitationis executio avidè expectabatur.

*Pallav. n. 6.  
Sarp. l. 7.  
pag. 672.  
Psal. p. 380.  
Spond. ad  
hunc ann.  
num. 23.  
Visconti t. 13  
pag. 213.  
Rayn. hoc  
ann. n. 52.*